



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De monacho apostata, qui in miraculo sancti Bernardi co[n]tritus, extra ordinem mortuus, & in clericali habitu sepultus, effossus, in tonsura & habitu monachi apparuit. cap. 3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

CÆSARIUS: Exemplum ad manum est.

## CAPUT III.

**B**EATVS Bernardus, sicut quidam sacerdos re-  
tulit religiosus, monachum quendam habuit,  
in quo hoc quod queris, per virtutem cōtritio-  
nis Deus manifestias ostendit: multa adhuc à vetera-  
nis, qui eundē viderunt, quorum adhuc quidā in do-  
mo nostra supersunt, narrari solēt, quæ non sunt scri-  
pto mandata. Monachus idem, de quo cœpit sermo,  
fūidente inimicq; habitum depositus, & parēciā quan-  
dam, eodē cooperāte, regēdā suscepit: erat quippe sa-  
cerdos. Et quia sape peccatū peccato punitur, deser-  
tor ordinis in virtū labitur libidinis; concubinā, sicut  
multis cōsuetudinīs est, ad sibi cohabitādū accepit, de  
qua & liberos genuit. Accidit ut post annos plurimos,  
miserante Deo, qui neminem vult perire, sanctus Ab-  
bas per villam, in qua monachus habitauit, transiret,  
& ad domum illius hospitādi gratia diuerteret: quem  
ille bene cognoscens, & quali proprium patrem cum  
multa reuerētia excipiens, deuotè ministrauit, & tam  
ipſi, quam sociis, ac iumentis, necessaria copiosè pro-  
curauit, non tamen recognitus est ab Abbatē. Manē  
cū vir sanctus, dictis matutinis, paratus esset ad eun-  
dum, nec posset loqui sacerdoti, eo quod maturius  
surgēs isſet ad ecclesiā, ait filio ipſius sacerdotis; Vade,  
defer nunciū istud domino tuo; erat autē puer mutus  
à nativitate. Qui præcepto obediēs, & etiā præcipien-  
tis virtutem in se sentiens, ad patrē cucurrit, & sancti  
patris verba, verbis valde absolutè expressis, dicens:  
Hæc & hæc mandat tibi Abbas. Pater primam vocem  
filii audiens, & præ gaudio lacrymās, vt secūdū & ter-  
tiō eadē verba repeteret admonuit, & quid sibi Abbas  
fecerit, diligēter inquisiuit. Cui ille; Nihil aliud mihi  
fecit, sed solūmodo verbis dixit mihi: vade dic domino  
tuo verba hēc. Ad tā euidēs miraculū sacerdos cōpun-  
ctus, festināter ad sanctū virū venit, seque cū lacrymis  
ad pedes illi⁹ prostrauit; Domine pater, inquit mona-  
chus, vester talis ac talis fui, & tali tēpore a monaste-  
rio recessi, rogo igitur paternitatem vestram, vt liceat

D 4

mibi

Cōtritio  
ex apostol  
ta facit  
mona-  
chum.

mihi redire vobiscum ad monasterium , quia Deus in aduentu vestro visitauit cor meum. Cui sanctus: Expecta me hic , & ego peracto negotio,citius reuertens, ducam te mecum. Times ille mortem, quam prius non timebat, respondit: Domine timeo interim mori , ad haec ille: Hoc pro certo scias , quia si in tali contritione ac proposito mortuus fueris, cora Deo monachus inueneris. Recessit, rediit, illumque recenter mortuum ac sepultum audiens , sepulchrum aperiri praecipit. Dicentibus qui aderant, quid facere veller, respondebit: Volo videre utrum in sepulchro iaceat monachus clericus; Clericum, inquit, in habitu clericali sepiuimus. Reiecta terra, non in ueste qua sepultus fuit, sed in tonsura & habitu monachi cunctis apparuit. Et magnificatus est ab omnibus Deus, qui voluntate profecto reputat. Ecce in isto manifeste habes, quod vera contritio coram Deo restituat, quicquid tollit virium apostasie. Hoc tamen scias , quod tempus apostasie totum infructuosum sit. APOLLONIUS : Bene ex his, quae iam dicta sunt, recognosco virtutem contritionis, sed amplius admiror ineffabilem misericordiam nostri Saluatoris. Homo iste apostata fuit, fornicator fuit, & quod amplius pondero , quotidie sacrosancta Christi mysteria tractare pollutis manibus non pertinuit. CÆSARIUS: Iuste moueris, ubi contemptus est maior, ibi & culpa grauior. Ait enim Apostolus: Quicumque manducat panem & bibit calicem Domini indignè , reus erit corporis & sanguinis Domini . Super *Gloss.in-* quem locum dicit glossa; Mortis Christi poenas daturi. *Sedulius* cifixoribus in pena similis erit , qui indignè , hoc est *ibidem.* in mortali quolibet existens, accesserit, quidde illo sentiendum est , qui in multis & assiduis mortalibus manens, non solum manducat, sed etiam scelestis manibus conficit & tractat? Audi quid mihi dixerit nonnus Cæsarius monachus noster, quondam Abbas Prumiæ.

CAP.VI